

S:Æ R:Æ M:TIS SUMMÆ FIDEI VIRO  
CELSISSIMO ILLUSTRISSIMO *que*  
COMITI

D:NO CAR. G. TESSIN,

REGIS REGNIQUE SVIOGOTHICI SENATORI,  
REGIÆ CANCELLARIÆ PRÆSIDI,  
AD AULAM REGIARUM CELSITUDINUM SUMMO  
MARESCHALLO,  
EDUCATIONI SERENISS. PRINCIPIS GUSTAVI PRÆFECTO,  
CANCELLARIO ACADEMIÆ ABOENSIS,  
ORDINIS S:Æ R:Æ MAJEST. SERAPHINORUM EQUITI AURATO  
ET COMMENDATORI, EQUITI AURATO DE AQUILA NIGRA,  
NEC NON OMNIUM S:Æ R:Æ MAJEST. SVECICÆ  
ORDINUM CANCELLARIO

SACRUM.

*Tua!*

Cum quis auctor speret se apud posteros gratiam  
habere & posse secum duratura nomina educere,  
AUCTORI meæ fortunæ Libellum decimò nunc offero;  
ILLE me, peregrinum in patria, reducem excepit;  
ILLE mihi Stipendium ab Ordinibus regni expetit;  
ILLE mihi spartam Medici classici procuravit;  
ILLE mihi Munus, quo fungor, conciliavit;  
ILLE mihi Titulum, quo distinguor, paravit;  
ILLE me ad Sereniss. Reges introduxit;  
ILLE *meas errare boves ut cernis & ipsum  
ludere quæ vellem calamo permisit agresti;*

quare

*cana prius gelido desint absinthia ponto  
quam immemor vivam*

TANTI MÆCENATIS

Upsaliæ 1757,  
d. 24 Maji.

Cultor devotissimus  
C. LINNÆUS.